

lib. 1. *Recop. Castell. ex pag. 41. ad 59. vulgo dicitur Concordia de Monreñar Fachineti* ac inter Sanctitatem D. Clementis XII. & Invictum, semperque Augustum nostrum Principem D. D. Philippum V. ann. 1737. cele-

brati; variæ Pontificum constitutiones etiam commemorantur, nimirum Sanctitatis D. Innocentii XIII. tertio idus Maii ann. 1723. quæ incipit: Apostolici ministerii Sanctitatis, ejusd. Summi Pontificis D. Clementis XII.

aut læsa, præscriptum habet appellationis remedium; (32) per se equidem quoque patet, quot, quantaque supræmâ tribunalia suis ditionibus ad pacem conservandam, ac oppressioni subditorum remedium adhibendum, esse creata: quod, ut dictum advertitur, officium judicaturæ in temporalibus est Clericis prohibitum; (33) Quid evidentius manifestari poterit ad asserendum, Judicem Ecclesiasticum, data omissione in seculari erga sui muneris exercitium, talem assumere cognitionem, atque ejusdem defectum supplere non posse?

Quamquam omnia usque adhuc tradita floci penderentur, ultimâ asserere sufficiat, cognitionem, per citatum cap. de foro competentis Judici ecclesiastico tributam, non esse, ut judicialiter procedat, vel cognoscat, sed ut per eum secularis ad justè procedendum, justitiâque administrandam veniat exhortandus; ceterum, si effectum adhortatio hæc non sortitur, nuntium ad regiam majestatem mittere ecclesiasticus poterit; de procedendi modo in seculari commonesaciendo. (34)

Duo genera causarum in novis additionibus num. XVII. usque ad XXI. inclusivè proponuntur, quibus advertitur, Judicem ecclesiasticum posse cognoscere de rebus spirituali annexis, inter quas juris patronatus, hærescos criminis, schismatis, apostasie, &c. fit relatio.

De prima harum specie nemo dubitat, esse ecclesiasticum Judicem competentem: (35) illis verò exclusis ad regium purè laicalem patronatum spectantibus. Siquidem cuilibet controversiæ erga illum exorte ad Regium Cameræ Consilium reciturs spectat: & quoad hunc, ad Judicem secularem. (36)

Quis verò de hærescos, schismatisque criminibus queat cognoscere, tam notorium est ut probatione non egeat, verum est, Judicem ecclesiasticum de eis, olim, per se solum cognitionem assumere posse: hodie autem post Sanctæ Inquisitionis tribunalis creationem, regulariter eorum notio, peculiari Inquisitionum sustinetur. (37)

De simonia etiam à nostris legibus decernitur, cognoscere debere ecclesiasticum. (38)

Denique num. XXII. & XXIII. additionum proponitur, posse Judicem ecclesiasticum cognoscere de omnibus, ac quibuscumque negotiis, quibus juramentum accedit, de miserabilium personarum causis, usurariorum contractuum, concubinatus, adulterii, incestus, aliorumque delictorum carnis: eis quidem criminibus, veluti etiam causas miserabilium personarum cum pro mixtis reputari, & locum in eis dari preventionis; perlegatur; et caute de-veniendum ad eorum intelligentiam.

Vidue, Pupilli, Orphani, Pauperes, ceterique (quorum fit mentio cap. 26. de Verborum significatione) similes excessus perpetrantes, laicæ sunt personæ, subditæque proinde Principi superiorem non recognoscenti, cujus in dominiis existunt, & consequenter ipsismet ordinationibus subjæctæ intelliguntur, quapropter legum civilium, seu criminalium determinationes evadere nequeunt. (39)

Indulgentia, cum qua ab Hispaniæ Regibus in omnibus suis ditionibus hæ personæ miserabiles tractantur, forte similem habebit, eorumdem verò pietatè non excedet; ex hac indulgentia innumera privilegia, & gratiæ ortum habuere, quarum quidem leges referre, volumen magnum efficeret.

Connotetur nunc dumtaxat, quid in præcitatis criminibus Hispania ordinationes determinent.

Usura, tamquam ex cupiditate sitienter appetendi aliena proveniens, malorum omnium radice, ac corda sordidè ferventium obcecat, contraque jus naturæ scriptum, & gratiæ, variis penis usque ad infamiam coeretur; in tantum ut, nec eis, qui à Sanctæ Matris Ecclesiæ gremio separati existunt, sit fonerari permissum. (40)

Penæ etiam sunt in delicta carnis incidentes animadversæ, quidquid sit de earumdem observantia, quia, ut in plurimum, arbitrariæ dignoscuntur.

De

claramos que ésta no se pueda ganar por el dicho tiempo, ni por otro alguno: L. 1. tit. 10. lib. 5. Ibi: Contanto que quede para Nos, y los Reyes que despues de Nos reynaren en los Pueblos, que asi fueron donados, y concedida la jurisdiccion criminal, y civil, la jurisdiccion suprema para hacer justicia en apelacion, ó agravio, ó en otra qualquier manera donde los tales Señores la imengnaren: Vid. in principio hujus verb.

(32) Vid. verb. Appellatio, per totum.

(33) Vid. etiam verb. Clericus.

(34) L. 48. tit. 6. par. 1. Ibi: Otrosi, quando el Juez seglar no quiere hacer derecho á los que se querellan de algunos, á quien él ha poder de juzgar: estonce puede el Obispo amonestarle que lo haga, ó si non lo quisiere hacer, debelo enviar á decir al Rey, por desengañarlo del fecho de su tierra, ó non tan solamente deben los Perlados desengañar á los Reyes en esta razon, mas en todas las cosas en que entendieren que sería procomunal del Rey, ó de la tierra, ó desviamiento de daño: Vid. prox. Vid. verb. Censura.

(35) L. 56. tit. 6. p. 1. Ibi: E mostró que aquellas demandas son espirituales que se hacen por razon de diezmos, ó de primicias, ó de ofrendas, ó de casamiento, ó sobre nascencia de ome, ó de muger si es legitimo, ó no: ó sobre razon de derecho de patronadgo. Cá como quiere que le pueden aver los legos: però porauce es de cosas de la Iglesia, cuentanse como por espirital. E otrosi son cosas espirituales los pleytos de las sepulturas, é de los beneficios de los Clericos, é los pleytos de las sentençias que son de muchas ma-

neras, asi como descomulgar, é vedar, é entredecir: Otrosi son espirituales los pleytos que accescen sobre los articulos de la Fé, sobre los Sacramentos: Vid. verb. Cadaver, Decimæ verb. Eleemosyna §. 3. 11. & 19. & infra prox. vid. etiam verb. Exheredatio, sub num. 1. Reg. Pragmat. illuc cit.

(36) Audi. acord. 4. tit. 1. lib. 4. §. 32. Ibi: Como se infiere de la Decretal de Alexandro III. en el capitulo tercero de Juidicis, en que aunque mandó que los causas de patronato se tratasen precisamente ante Jueces ecclesiasticos, non está entendido asi en los patronatos reales: Vid. verb. Jurex, in principio, & citat. verb. Eleemosyna, §. 2.

(37) Vid. verb. Inquisitio.

(38) L. 58. tit. 6. p. 1. Todo ome que fuese acusado de heregia, ó aquel contra quien moviesen pleyto por razon: ó de simonia: todos estos pleytos sobredichos que nascen destos pecados que los omes hacen, se deben juzgar, é librar por juicio de la Santa Iglesia.

(39) L. 5. tit. 1. lib. 2. Porque la Justicia sea manteneda igualmente, asi en las tierras de señorío, como en las ciudades, y villas, y lugares de nuestra Corona Real, mandamos que las leyes deste libro sean avidas por leyes, y se guarden, no solamente en todos nuestros reynos, y señoríos, mas en todas las tierras de la Iglesia, Ordenes, y Caballerias, y Monasterios, y Señoríos, y que las guarden, y hagan guardar en todos los lugares de sus señoríos, y donde tienen jurisdiccion: Vid. sup. prox.

(40) Vid. verb. Usura, per tot.

in

insep. Alias Nos: septimo nonas Decembris ann. 1733. duæque aliæ Sanctitatis D. Benedicti XIV. una, quæ incipit: Ad militantis ecclesiæ regimen: tertio Kalendas Aprilis ann. 1742. expidiri mandata: altera vero incipit.

Quamvis paternæ vigilantia: septimo Kalendas Spsptembris ann. 1751. Nec prædictus ordo circularis brevis, expediti decimo quinto Kalendas Januarii ann. 1766. in facultatum R. Nuntii, in hæc regna tunc temporis à Sanc-

De concubinariis, cum semper Ecclesiæ detestaretur, ut reari simile homines irretiti viverent (41) quamvis inter calibes, præcipuè dum esset persona non excepta, videretur concubinitas olim legibus toleratus, (42) non poterant quin Reges nostri gladium suum adversus tales delinquentes detegerent, ideo eorum punitio demandatur: (43) atque in personæ ecclesiasticæ, ac in matrimonium collocatæ concubinas proceditur, pœna vulgaris nostro sermone del Marco, annalisque exilii eas pro prima vice plectendo: pro secunda ad biennium relegatio extenditur: pro tertia verò, præter vapulationem, prima in effectum perducitur; (44) Concubinariis quintam bonorum partem usque ad quantitate decem millium marapetinorum sociæ applicandam amittunt. (45)

Ditionibus Americanis aliquam partem differentiam videntur: nam Judicibus ecclesiasticis, & secularibus animadvertis prædicta pœna del Marco aliavè pecuniaria ne illi mulctentur: (46) licet inveniantur præventum, esse in præsentî, ceterisque delictis pecuniarias omnes duplicandas. (47) Verumtamen, cum ad mensuram scandali procedi debeat, multum potens in pœnæ applicatione, Judicis erit arbitrium, per consequens aggravabitur, aut diminutionem patietur juxta criminis qualitatem, usque ad exilium in concubinario, & detrustionem in concubina.

De alieni thori violatoribus non est quid dicendum, cum jam sit prænotatum. (48)

Cum consanguinea, seu affine intra quartum gradum coentes, utpote incestuosi vocati, (49) si scienter citra matrimonium insimul habitaverint, tanquam adulteri, pœnam patientur: (50) contracto autem matrimonio, dum fuerit honorata persona similis delinquentis, honoris qualitatem amittet, perpetuoque in insulam deportabuntur, cum omnium bonorum jactura Regiæ Cameræ applicandorum, si filii ex aliis legitimis nuptiis non fuerint procreati; villi verò tam nefarium coitum adimplenti, flagellis cæso, idem deportationis temporis spatium as-

despues que fue quitada del mal estado en que estava, que le sean dados los dichos maravedis para que dellos se pueda mantener: Vid. prox.

(45) L. 6. tit. 8. lib. 7. Ind. En algunas partes de las Indias se lleva la pena del marco á los Indios amancebados, como en estos Reynos de Castilla, y no conviene castigarlos con tanto rigor, ni penas pecuniarias ordenamos á nuestras Justicias, y encargamos á los Prelados ecclesiasticos que no les impongan, ni executen tales penas, y las hagan volver, y restituir.

(47) L. 5. ejusd. Mandamos que lá pena del marco contra los amancebados, y las otras pecuniarias impuestas por leyes de estos reynos de Castilla á los otros delinquentes, sean, y se entiendan al doblo en los de las Indias, excepto en casos que por las leyes de esta Recopilacion fuere señalada cantidad cierta, en que se guardará lo dispuesto.

(48) Vid. verb. Adulterium quoad penas. L. 4. ejusd. Ind. En el delito de adulterio procedan nuestras Justicias contra las Mestizas conforme á las leyes de estos reynos de Castilla, y las guarden como disponen respecto de las mugeres Españolas:.

(49) In proemio tit. 18. p. 7. Muy grande pecado facen los omes yaciendo con sus cuñadas, ó con sus parientas, á que dicen en latin incestus: L. 1. ejusd. Yacer ome con su parienta es pecado que pesa mucho á Dios, é que tienen los omes por muy gran mal, é llamanlo en latin incestus, que quiere tanto decir, como pecado que es fecho contra castidad, é cae en este pecado el que yace á sabiendas con su parienta fasta el quarto grado, ó con su cuñada, que fuese muger de su pariente, fasta en este mesmo grado:.

(49) L. 3. ejusd. Con parienta, ó cuñada faciendo algund ome pecado de luxuria á sabiendas, no se habiendo ajuntado á ella por razon de casamiento, si le fuere probado en juicio por testigos, que sean de creer, ó por su conocimiento, debe haber pena de adulterio. Esta mesma pena debe haber la muger que á sabiendas ficieren este pecado. Vid. verb. Adulterium.

(50) L. ead. Ib: E si por ventura alguno casase á sabiendas con su parienta, quel pertenciese fasta el grado sobredicho, ó se ayuntase á ella carnalmente, si fuere ome honrado, debe perder la honra, é el lugar que tenia, é ser desterrado para siempre en alguna Isla. E si hijos no ovieren legitimos de otro casamiento, deben ser todos sus bienes de la camara del Rey: é si aquel que ficiese el casamiento fuere ome vil, debenle dar azotes públicamente, é desterrarlo para siempre, asi como de suso diximos: é de las arras, é dotes, que fuesen dadas por razon de tales casamientos, decimos, que

Sanctissimo Patre D. Clement. XIII. missi, D. Casaris Albertici Lucini, Nicæ Archiepiscopi, demonstrationem obliviscitur: horum omnium insinuatō ordinem circulare ut per se patet, comitatur; quamvis, dicto ordine, bulla Sanctitatis D. Clementis XIV. in erectionem tribunalis nostro idioma de la Rota de la Nunciatura Apostolica (lit. A. pag. 186.) variisque locis in opere hisp. add. inclusis, ubi diversi §§. Auc. ac 6. referuntur (Vid. lit. A. pag. 15. 87. 190. in novis, col. 2. vers. Reformatio: verb. Forum, ac verb. Ordo.) perlectis, satis superque in eodem Auc. ac 6. dispositum pateat, atque finem, ad quem dicta Concordia se direxit, Lector possit meditari: nihilominus omnes declarationes à R. Nuntio factæ, per quas eidem concessæ facultates suspendebantur, ad minimum inserentur: eadem sunt quarum ex c. 22. §. 1. usque ad 22. (Vid. dict. pag. 190.) insinuatō præcessit: quapropter horum omnium Concor-

datorum, apostolicarumque constitutionum, de quibus supra memini, ad uberiores notitiam hic ad litteram fiet extensio, eandem præscriptam seriem, sub eorum conditionis data, exacte observando: ex integro instructio erit assumenda.

D. Fachinæ concordia, primum occupat locum in prædictis ejus §§. declarationum tenoris est sequentis.

1. Que Monseñor Nuncio non puede interpretar, ni conmutar las ultimas voluntades, sino es en el modo que permite el Santo Concilio de Trento:

2. Ni dispensar sobre la incompatibilidad de los beneficios, sino al tenor de las facultades escritas, y del mismo Santo Concilio:

3. Ni admitir composiciones sobre los frutos mal percibidos para aquellos que han dejado de rezar los oficios divinos:

4. Ni dispensar en la residencia de los beneficios cu-

assignatur præter alias penas in utroque. Extra penam primo loco determinatam, amissio dimidietatis bonorum fuit adacta. (51)

De Virginum corruptoribus, perquam manifestum apparet. (52)

De Raptoribus loquendo, si vidua honesta, virgo, nupta, aut religiosa raptum passa fuerit, capite plecentur, & eorum bona damnus passæ applicantur, à qua pena non eximuntur, quamvis nulla commixtio carnalis intecesserit, immo ad eam incurrandam raptus solus sufficit, aut sola copula violenta; nec ab ea excusantur, qui sponsam de futuro rapuerint, quia non est viro subjecta, per consequens non habent manus injectionem, neque dolose auxilium anterioribus præbentes; in ceteris personas commissum, Juxta pro arbitrio suo judicabit, omnibus attentione dignis prævisis; scilicet circumstantiis personarum, temporis, & loci in quo fuerit patrum. (53)

In nefando crimine, à Sodoma, & Gomorra civitatibus sodomiticum vocato, (54) & dum immutatio usus naturalis in coitu in alium usum contra naturam verificatur, (55) in alioque sub præcedenti comprehenso, vulgò *bestialitas*, vetus pena ultimum erat supplicium, & animal cum quo, interficiebatur; sed, cum atrocitatem illius nefandi criminis assignata pena non contineret, igni tradi, & tam in agente, quam in passio conficari ipso facto omnia bona lex præcipit; adeo ut licet per se in delictis etiam gravissimis affectus, voluntas, nec attentatus puniantur, in presenti iste est plendendus, tamquam si actus consummationem meruerit. (56)

Ultraquamquod experientia quotidie demonstrat, Judices seculares de relictis criminibus non solum cognoscere inter laicas personas, verum etiam de causis miserabilium personarum, videtur quoque negotia, sive contractus, in quibus juramentum accedit, eandem cognitionem non effugere, prævia relatione, sive revocatione, ad effectum agendi tantummodo, ab ecclesiastico Judice obtenta. (57)

que debe ser guardado lo que diximos: *Vid. verb. Dos.*

(51) *Vid. id.*

(52) *L. 3. tit. 26. p. 7.* Robando algund ome alguna muger viuda de buena fama, ó virgen, ó casada, ó Religiosa, ó yaciendo con alguna dellas por fuerza, si le fuere probado en juicio, debe morir por ende, é demás deben ser todos sus bienes de la muger que así oviere robada, ó forzada: é á tanto tovieron los sabios antiguos este yerro por grande, que mandaron, que si alguno robase, ó llevase su esposa por fuerza, con quien no fuese casado por palabras de presente, que oviese aquella mesma pena que de suso diximos, que debia haber el que forzase á otra muger con quien no oviese deudo. E la pena que diximos de suso, que debe haber el que forzase alguna de las mugeres sobredichas, esa mesma deben haber los que le ayudaron á sabiendos á robarla, ó á forzarla: Mas si alguno forzase alguna muger otra, que non fuese ninguna destas sobredichas, debe haber pena por ende, segun alvedrio del Juzgador, catando quien es aquel que fizo la fuerza, é la muger que forzó, é el lugar en que lo fizo. *Vid. verb. Dos. per totum.*

(53) *L. 1. tit. 12. ejurd. Sodoma*, é Gomorra fueron dos ciudades antiguas, pobladas de muy mala gente, é tanta fue la maldad de los ome, que por que usaban aquel pecado, que es contra natura, los aborresció nuestro Señor Dios, de guisa que sumió ambas las ciudades con toda la gente que moraba, é non escapó ende solamente, sino Loth, é su compañia que non habian en si esta maldad; é de aquella ciudad Sodoma, donde Dios fizo esta maravilla tomó este nombre este pecado, á que llaman *Sodomitica*.

(54) *L. ad. in proem. Sodomiticum* dicen al pecado en que caen los ome yaciendo unos con otros contra natura, ó costumbre natural:

(55) *L. 2. ejurd. Ibi*: E si le fuere probado, debe morir por ende: tambien el que lo face, como el que lo con-

siencia: esa mesma pena debe haber todo ome, é toda muger que jugarie con bestia, é deben demás matar la bestia, para amortiguar la remembranza del fecho:

(56) *L. 1. tit. 21. lib. 8. Ibi*: Y porque las penas antes de ahora estatuidas non son suficientes para estirpar, y del todo castigar tan abominable delito, queriendo en esto dar cuenta á Dios nuestro Señor, y en quanto Nos será, refrenar tan malidita macula, y error; y porque por las leyes, antes de agora hechas, non está suficienmente prevenido lo que sobre ello convenia: establecemos, y mandamos, que qualquier persona de qualquier estado, condiccion, preeminencia, ó dignidad que sea, que cometiere el delito nefando contra naturam, seyendo en él convencido por aquella manera de prueba que segun derecho es bastante para probar el delito de heregia, ó crimen de lesa Majestad, que sea quemado en llamas de fuego, en lugar, y por la Justicia á quien pertenciere el conocimiento, y punicion del tal delito, y que asimismo haya perdido por ese mismo fecho, y derecho, y sin otra declaracion alguna, todos sus bienes, asi muebles como raices; los quales desde agora confiscamos, y aplicamos á nuestra camara, y fisco; y por mas evitar el dicho crimen, mandamos, que si acaesiere que no se pudiere probar el dicho delito en acto perfecto, y ácabado, y se probaren, y averiguaren actos muy propinquos, y cercanos de la conclusion de él, en tal manera que no quedase por el tal delinquente de acabar este dañudo yerro, sea avido por verdadero hechor del dicho delito, y que sea juzgado, y sentenciado, y padezca aquella misma pena, como y en aquella manera que padesciera el que fuese convencido en toda perfeccion del dicho delito, como de suso se contiene:

(57) Breve Sancti D. Clem. XIII. datum Romæ 18. Decemb. ann. 1776. cap. 7. Ibi: *Revocar á qualquiera los juramentos, á efecto de actuar solamente.*

curados, ó de aquellos que la requieren: ni indultar literas, ni delictos?

5. Ni admitir Instituciones, ni permutas de beneficios, sino es conforme al Tridentino:

6. Ni resignaciones de Beneficios ad favorem alicujus:

7. Ni dar licencias de oír confesiones, ni de predicar:

8. Ni conceder seras enagenar, ni permutar bienes ecclesiasticos, sino es por la suma expresada en las facultades escritas:

9. Ni puede conceder *extra tempora*, sino es para los Arzobispos:

10. Ni dar facultad para recibir ordenes, sino es conforme al Santo Concilio, y solo en caso de Sede vacante, ó en el de injusta penitencia, ó injusto impedimento del Ordinario, oyendole primero sobre ello; y en estos la han de comer á los Obispos mas vecinos, y en los de Sede vacante, con atencion á la necesidad, y calidad de la Iglesia, y solo quatro, ó cinco reverendias para cada Obispado, salvo en los casos que sucedieren en el de Sede vacante de provisiones de beneficios curados, y otros Arzobispos:

11. Ni dispensar en las amonestaciones, que segun el Concilio han de proceder para contraher matrimonios:

12. Ni conceder oratorios sino es á Señores de Titulos calificados, y Consejeros de S. M. y en casos de necesidad, y de *gratis*:

13. Ni dar á los Regulares Titulos de Grados, ni suplemento de habito, habilitacion para votar, ni para ser reelegidos, sino es quando por alguna conveniencia se hiciere, ó propusiere á instancia de S. M.

14. Ni dispensar á dichos Regulares las penas, ó penitencias, que les estuviesen impuestas por sus Superiores, ni sobre sus constituciones:

15. Ni entrometarse en su gobierno economico, disciplina regular, y obediencia debida á sus Superiores; salvo en caso que se hubiese procedido contra ellos *proestu compilato*, y no siendo por via de visita, ni *per modum correctionis*; y guardando en esto, y lo demás la forma del Concilio:

16. Ni dar á los Regulares legos licencia de poder ser promovidos á los ordenes sagrados:

17. Ni conceder indultos á los expresados Regulares, para que puedan gozar de redditos annuos:

18. Ni dispensaciones para comer carne en los dias prohibidos por sus reglas, y constituciones:

19. Ni licencia de celebrar á sus expulsos:

20. Ni para que ningun Regular pueda estar *extra claustra*, en casas de sus padres, ó parientes, *retentio habitus*:

21. Ni puede dar ningun genero de absolucion de juramento, ó relaxation de él, para efecto de que no se guarden las constituciones:

22. Ni conceder reduction de misas.

Littere apostolicæ Sanctissimi D. N. D. Innocentii Divina Providentia

PAPÆ XIII.

Continenterque decreta per easdem litteras innovata repetuntur, cum fundamentorum, in quibus eadem nituntur, expositione.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Apostolici ministerii, quod nobis, licet immerentibus, imposuit Superni dispositio Consilii, ratio præcipue exigit, ut ecclesiasticæ disciplinæ in iis, qui in sortem Domini vocati sunt, aut servandæ, aut ubi opus fuerit, restaurandæ, juxta sacrorum canonum instituta, & sanctissimas ecclesiæ leges, & ordinationes omni studio advigilemus; post enim primi parentis lapsus semper ad inferiora nos deprimit humana mortalitatis infirmitas, & carnis fragilitate observantix vigor paulatim relaxatur; & de mundano pulvere religiosa etiam corda sordescere, & in ipso agro Domini spinas, ac
FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

tribulosem germinare quotidiana experientia edocemur: quod si noxia inde evellantur, & utilia plantentur, dubitandum non est, quin uberius, benedicens Domino, electi sanctorum operum frumenti messis exurgat, omisque Populus in via Domini, prælucente Cleoro, feliciter progrediatur. Cum itaque Dilectus Filius Noster Ludovicus S. R. E. Cardinalis Belluga, & *Moncada* nuncupatus ecclesiæ Carthaginensis ex concessione, & dispensatione apostolica Præsul, in ipsis Pontificatus Nostri primordiis, Nobis exposuisset nonnulla ecclesiasticæ disciplinæ rationibus, ac saluberrimis Sacri Œcumenici Concilii Tridentini decretis haudquaquam consentanea sensim in diversis Inlycæ nationis hispanicæ locis obrepisse,isque ut opportunum remedium abhiberetur à Nobis, quibus est commissa plenitudo sollicitudinis, nedum ipse Ludovicus Cardinalis, & Præsul, sed & alii Ven. Fratres Archiepiscopi, & Episcopi regnorum Hispaniarum humiliter postulasset; eorumque enixis precibus sua etiam studia, ac vota charissimus in Christo Filius Noster, Philippus Hispaniarum, Rex Catholicus, pro ejus singulari pietate, & eximio christiane religionis zelo, datus hac de re ad Nos pluribus literis, conjunxisset: Nos Congregationi particulari nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus Nostri ejusdem S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus à Nobis deputatorum rem omnem sedulo examinandam demandavimus. Id autem cum ab ipsa Congregatione Cardinalium ea, qua par erat, maturitate præstitum, illiusque sententia ad Nos per ejusdem Congregationis Secretarium relata fuerit; de memoratorum Cardinalium consilio, congruum, & opportunum duximus ea, quæ infra sequuntur, ad omnipotentis Dei gloriam, ecclesiæ utilitatem, veteris discipline instauracionem, & spirituales regnorum Hispaniarum adificationem, hac nostra perpetuò valitura Constitutione statuere, decernere, & declarare.

Primum igitur, cum à Patribus memorati Concilii Tridentini, divino afflante Spiritu, sapientissime animadversum fuerit, quantum christiane reipublice intersit accuratum haberi delectum circa eos, quibus sacra ministeria committenda sunt, & in quorum vitam ceteri fideles jugiter oculos conjicientes sumpturi inde sunt exemplum, quod imitentur; propereaque provide ab iisdem Patribus cautum fuerit ecclesiasticæ militiæ per primam Tonsuram adscribendis non nisi illos esse, qui probabiliter præbeant conjecturam, se non secularis iudicii declinandi consilio, sed sincero animo præstandi fidelem cultum, ac servitium Deo, hoc vitæ genus elegerunt; volumus, ut pro tutori ipsius conciliaris sanctionis executione, ab omnibus regnorum Hispaniarum hujusmodi Archiepiscopis, & Episcopis, non alii ad primam Tonsuram imposterum admittantur, quam quibus ecclesiasticum aliquod beneficium statim conferendum sit; aut quos constiterit literarum studio operam sic dare, ut quasi in via ad ordines, tum Minores, tum etiam deinde Majores suscipiendos versari videantur; vel demum quos viderint expedire alicujus ecclesiæ servitio, vel ministerio deputari.

Et tam in his, qui ad primam Tonsuram, quam in aliis, qui promovendi ad Ordines etiam minores optaverint, omnino servetur pariter regula ab eodem Concilio Tridentino tradita; nimirum, ut nullus ordinetur, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis ecclesiis, quique illi ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius utilitate, aut necessitate assumitur, non adscribari, ubi re ipsa functiones muneris suo consentaneas exerceat. Quod si qui modo reperiantur, vel clericali Tonsura jam initiati, vel ad Ordines sive minores, sive majores jam promoti, qui nulli certæ ecclesiæ, vel loco pio adscripti fuerint: Episcopi adscriptionem hujusmodi, vel à se ipsis, vel à Prædecessoribus suis omissam, statim suppleant, non minus quoad omnes in majoribus Ordinibus, etiam Presbyteratus, constitutos, quam quoad eos qui vel sola prima Tonsura, vel minoribus Ordinibus initiati, beneficium tamen ecclesiasticum possident. Ex reliquis autem, ut præfertur, vel sola prima Tonsura insignitis, vel in minoribus Ordinibus cons-

titus, sed beneficio carentibus, non nisi eos adscribant, quos ecclesiis suis utiles, vel necesarios esse judicaverint. Ceterum antedictae adscriptionis executionem differri posse per aliquod temporis spatium, quod ipsi Episcopi conveniens videbitur, permittimus quoad eos, qui à diocesi, in qua Tonsuram, vel Ordines susceperunt, causa ediscendi literarum scientias in aliqua publica universitate, vel gymnasio, sive ex alia rationabili causa à suo Episcopo approbata, vel approbanda, absentes reperiantur.

3. Cum autem Clerici, qui in episcopalibus seminariis educantur, ut commodius ad literarum, sacrarumque rerum studium operam conferre, aliisque à Concilio Tridentino praescriptis addiscendis magis assidue incumbere possint, teneantur juxta ejusdem Concilii decretum diebus tantum festis cathedrali, aliisque loci ecclesiarum inservire: hanc quidem servitium per eos obeundi rationem servari in omnibus Hispaniarum diocesis, nec non ipsos generalibus dumtaxat totius Cleri supplicationibus, sive processionibus interesse volumus, & mandamus; sublata quacumque majoris servitii consuetudine, etiam immemorabili, postpositaque etiam quacumque appellacione, aut inhibitione. Si quod autem Seminarium reperitur, in cuius fundatione aliter cautum esset ob adjectam graviorem servitii legem ab illo, qui seminarium ipsum fundaverit, seu dotaverit, vel ei pian aliquid largitionem contulerit; Episcopi ad Nos, & pro tempore existentem Romanum Pontificem id referant, ut desuper opportunè provideri valeat.

4. Praeterea, cum maxime deceat eos, qui propius ad sacratissima mysteria accessuri sunt, ultra cetera requisita, congruè etiam polleat scientia, qua praediti viam salutis indicare aliis Christianis possint: Episcopi non nisi eos ex Clero tam seculari, quam regulari ad sacros Ordines admittant, quos scientiam, aliasque qualitates eo gradu verè dignos per diligentem inquisitionem compererint; adeo ut satis non sit illos, qui promoveri ad Ordines praedictos optant, linguam latinam intelligere, catechismo instructos esse, atque aptè respondere quaesitis circa Ordinem suscipiendum sibi in examine propositis. Qui verò ad Presbyteratum erunt assumendi, idonei prius per accuratum similiter examen comprobentur ad ministranda sacramenta, & ad populum docendum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem: quod quidem ut rectè praestari possit, eosdem Episcopos in Domino hortamur, ut, quantum fieri potest, eos tantum ad Sacerdotium assumant, qui saltem theologiae moralis competenter periti sint.

5. Quod si domicilium in una diocesi habentes, beneficium verò in altera, ordinari ad ejusdem beneficii titulum optaverint ab Episcopo, in cuius diocesi beneficium hujusmodi situm est: Episcopus domicilii debeat eos, si in suam diocesim reversuri sunt, super scientia, vel idoneitate examinare ante concessionem litterarum testimonialium super eorum natalibus, etate, moribus, & vita juxta constitutionem fel. rec. Innocentii Papae XII. Praedecessoris Nostri, quae incipit Speculator: obtinendam; addito quoque competentè idoneitatis testimonio in iisdem literis: haec concedi nullatenus debeat, si antedicto examine tamquam habiles approbati non fuerint, iisque juxta praemissam formam non impetratis, minime possint ab alio Episcopo, cui etiam ratione obtenti beneficii subiecti sint, ad Ordines promoveri: si que secus fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravius poenis pro modo culpae, Nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis utraque subiaceat. Cumque etiam juxta memoratam Innocentii Praedecessoris constitutionem ratione, ac titulo beneficii in aliena diocesi obtenti non aliter liceat Ordines ab Episcopo ejusdem diocesis suscipere, quam si beneficium praeditum sit ejus redditus, ut ad congruam vitae sustentationem, detractionibus, per se sufficiat; declaramus, sufficientiam hujusmodi praefinendam esse, non juxta taxam syno-

dalem, sive morem promovendi ad sacros Ordines vigentem in loco praedicti beneficii (nisi tamen illud continiam, & praesiam residentiam requirant) sed juxta taxam, vel, ea deficiente, juxta morem in alio loco domicilii vigentem.

6. Porro ad sartam, teclamque servandam ecclesiasticam disciplinam non minus momenti habet, quod clericali militiae nomen dare non permittatur iis, qui hand satis idonei sint, quam quod eisdem militiae jam adscripti laudabilem vivendi rationem, seculentur, eamque morem exhibeant innocentiam, quae Sanctitati suscepti Institutii respondeat, multoque magis, quod abstinant iis, quae à sacris canonibus jure meritoque verita sunt, uti prorsus indigna hominibus Tabernaculum Domini inhabitantibus, & venerando altaris ministerio dedicatis. Statuimus propterea, atque decernimus, quod, si qui sunt Clerici, aut prima Tonsura, aut Ordinibus minoribus initiati, nullumque ecclesiasticum beneficium possidentes, qui neglectis Concilii Tridentini decretis, habitum clericalem, ac tonsuram non deferant, vel si etiam deferant, non tamen certae ecclesiae, aut loco pio, cui ex mandato Episcopi adscripti fuerint, inserviant, sive in seminario ecclesiastico, vel in aliqua schola, aut universitate de licentia sui Ordinarii non versentur; Episcopi, nulla etiam praemissa monitione, eos privilegio fori privatos declarent, eorumque adscriptionem servitio certae ecclesiae antea factam deleri jubeant. Si que ii meliorem vitae rationem non inierint, aut etiam si alii sint, quos ex propria culpa efficiendos idoneos promotione ad sacros Ordines sperari nequeant, iisdem Episcopi, servata forma à sacris canonibus tradita, ad privationem aliorum clericatum privilegiorum contra ipsos procedant. Ubi verò reperiantur Clerici capellanias, vel beneficia, cujuscumque etiam tenuis redditus, obtinentes, quorum improba vita aliis offensionem praebet destructat potius, quam adfictet, vel concubinariis, aut feneratoribus, vel ebriatatis, ludivae alearum dediti, vel satores rixarum, vel negotiatoribus, vel arma gestantes, vel incerti sedibus vagantes, vel clericalem habitum, tonsuramque non deferentes, vel ecclesiastica immunitate in fraudem tributorum, & vedigalium à laicis non exemptis solvendorum temere abutentes, vel qui demum similia, aut majora crimina patrant, numero magis, quam merito ad ecclesiam pertinere visi fuerint: Episcopi, praemissis tamen necessariis monitionibus, servatisque aliis de jure servandis, contra ipsos ad poenas à Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostri, & à Sacris Conciliis impositas, & etiam ad privationem beneficiorum, capellaniarum, & ecclesiasticorum officiorum in omnibus illis casibus, in quibus praedicta privatio à sacris canonibus imposita est, humanis quibuscumque rationibus posthabitis, procedant, memores seipos neglectae subditorum emendationis condignas, Deo vindice, poenas persoluturos.

7. Sed & cum personae ecclesiasticae nunquam satis in obscuro supremo Numini exhibendis, iisque praestandis, quae eorum statui consentanea sunt, exerceri valeant; plurimum in Domino commendamus pium morem in plerisque Hispaniarum diocesis vigentem, ut Clerici tam in minoribus, quam in majoribus Ordinibus constituti, atque etiam Presbyteri, tametsi beneficia, vel officia ecclesiastica non habentes, superpellenteo induiti in ecclesiis, quibus adscripti fuerint, missae conventuali cum cantu celebratae, necnon primis, & secundis vespere officii diebus Dominicis, aliisque festis assistant. Quin immò enixè hortamur, ut Episcopi altarum diocesium, in quibus mo ille institutus hactenus non fuerit; id imposterum servari curent in omnibus, ac insuper saragant, ut omnes ecclesiastici praedicti etiam collationibus habendis coram Patrochis suis, vel aliis ab Episcopo deputatis super casibus conscientiae forum concernentibus, & super ritibus, ac caeremoniis sacris intersint.

8. Et quoniam in praedictis Hispaniarum regnis reperiri intelleximus beneficia & capellanias etiam de jure patronatus, vel ecclesiasticorum, vel laicorum, nullo tamen certo proventu instructas, vel adeo tenui, ut

nec ad dimidiam, nec ad tertiam partem congruae pro Clericis ad sacros Ordines promovendis necessariae ascendant; malis haud quidem levibus inde erumpentibus occurrere cupientes, statuimus, & mandamus, quod Episcopi ad beneficiorum & capellaniarum, quae nullum certum redditum habent, suppressionem statim deveniant. De aliis verò beneficiis, & capellanias, quarum certus annuus fructus ad memoratam saltem tertiam congruam partem non ascendit, decernimus nulli imposterum conferendam esse primam Tonsuram ratione juris assequendi aliquod ex dictis beneficiis, & capellanias. Utque patronatum jura, quantum fieri possit, salva remaneant; liceat Patronis tam ecclesiasticis, quam laicis ad dicta beneficia, & capellanias nominare, non tamen veluti ad beneficia ecclesiastica requirementia in nominandis primam Tonsuram, sed tamquam ad legata pia; & nominati, tametsi primam Tonsuram non habentes, ea retinere possint uti pia legata, cum onere adimplendi omnia era à fundatoribus injuncta.

9. Non sine gravi animi nostri dolore etiam accepimus, quod, quamquam Tridentina Synodus decreverit omnes, qui parochiales, vel alias curam animarum annexam habentes ecclesias quocumque modo obtinent, debere diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascere salutaribus verbis docendo ea, quae Christi fideles ad salutem scire oportet, ac explicando divinae legis praecipua, fideique dogmata, puerosque ejusdem fidei rudimentis imbuendo, & brevi, facilique sermone vita denuntiando, quae declinare, & virtutes, quas seclari oportet; nihilominus nonnulli parochiam ecclesiam Rectores, haec, quae suarum partium adeo sunt, praetermittunt, culpam hujusmodi à se amoliri nitescentes, vel praetextu immemorabilis, sed quidem pravae consuetudinis, vel quia haec ab ipsis praestari necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras conciones in aliis ecclesiis, itemque imbuendum pueros mysteriis fidei, vel in scholis, vel in campis. Ne itaque sub inani istarum, aliarumque similibus excusationum pretrextu tanta Christianae repúblicae periculae struat, districtè praecipimus singulis Hispaniarum Archiepiscopis, & Episcopis, ut omnino efficiant, quod omnes ii, qui animarum curam gerunt, munia praedicta per seipos, vel, si legitime impediti fuerint, per alios idoneos diligenter exequantur. Si verò aliqui non satis habiles ad illa obeunda reperiantur, iisdem Archiepiscopis, & Episcopis per alios à se deputandos sumptibus Parochorum minus idoneorum opportunè suppleri curent: & imposterum beneficia, quibus animarum cura imminet, non nisi verè idoneis ad memorata officia per seipos adimplenda conferantur.

10. Praeterea, ne constitutionis Sancti Pii V. etiam Praedecessoris Nostri, in qua taxatur congrua fructuum portio Vicariis perpetuis animarum curam exercentibus assignanda, interpretationem ab eius sententia alienam fieri contingat; declaramus constitutionem illam pertinere dumtaxat ad Vicarios perpetuos illarum ecclesiarum parochialium, quae aliis ecclesiis, monasteriis, collegiis, beneficiis, & locis piis unice sint: necnon portionem annuam fructuum, quae ibidem statutur assignanda ipsis Vicariis in summa non majori, quam centum, nec minori, quam quinquaginta scutorum, intelligi debere de scutis argenteis Juliorum decem monete Romanae pro quolibet scuto.

11. Quoties itaque in aliis parochialibus ecclesiis, quae, ut praefertur, unice non sint, oportuerit ex aliqua justa causa provideri per Coadjutores Parochorum, aut per Vicarios temporarios; curae erit Episcopis pro data sibi à Tridentina Synodo potestate partem fructuum praedicti Coadjutoribus, aut Vicariis assignandam determinare in ea quantitate, quae pro suo prudenti arbitrio, & conscientia conveniens videbitur ratione videlicet habitae reddituum, & emolumentorum ecclesiae parochialis, in qua deputati fuerint, nec non inspectis conditionibus loci, numero animarum, qualitate laboris, & quantitate impensarum, quas commissi officii

necessitas postulerit. Quod si Parochi ab Episcopo moniti, congruo iisdem termino praefixo, Coadjutores, sive Vicarios temporarios, quoties opus fuerit, assumere neglexerint; poterunt ipsi Episcopi eos, quos huic muneris idoneos censuerint, auctoritate propria deputare cum assignatione antedictae portiois fructuum. Et nihilominus, ubi etiam praedicti Coadjutores, aut Vicarii temporarii à Parochis nominati, vel assumpti fuerint, de eorum idoneitate Episcopis constare per examen debeat, antequam ad exercitium admittantur; nec satis sit, quod ad confessiones audiendas antea fuerint approbati, nisi aliis etiam qualitatibus ad curam animarum rectè exercendam opportunis praedicti noscantur. Quibus si careant, nec Parochi deinde intra alium similem terminum ab Episcopis praedictis alios verè idoneos nominaverint: tunc pariter ad ipsos Episcopos liberè spectet deputatio cum dicta congrua assignatione; nec ulla Parochorum contraditio, aut exemptio, aut appellatio, aut cujuscumque Judicis inhibito executionem deputationis, & assignationis certa partem fructuum in casibus praemissis suspendere possit, itemque non obstantè qualibet contraria consuetudine, etiam immemorabili.

12. Verùm quia non satis animarum curae, & necessitatibus quandoque consultum est per hoc, quod ad obeunda parochialia munia alii Sacerdotes Parochis adjungantur, sed majora remedia adhiberi oportet, quoties nempe ob locorum distantiam, sive itineris difficultatem parochiani sine magno incommodo pro Sacramentis percipiendis, divinisque officii audiendis accedere ad ecclesiam parochialem nequeant; tunc quidem meminerint Episcopi licere sibi pro suo arbitrio, invita etiam Rectores, vel intra easdem parochias destinare alias ecclesias, in quibus Sacerdotes Parochorum Coadjutores sacramenta ministrent, & divinum cultum exhibeant, vel novas parochias, novasque parochiales ecclesias à veteribus distinctas constituere, iisque novos Parochos praeficere, assignata ex redditibus ad veterem parochialem ecclesiam quomodocumque pertinentibus convenienti portione ad victum eorum, qui vel tamquam Coadjutores in dictis aliis ecclesiis deputati, vel tamquam distincti, & independentes Parochi curam animarum exercent; nulla ad praemissa impedienda suffragane appellacione, aut inhibitione.

13. Cum ad praescriptum quoque Tridentini Synodi Episcopis is honor tribuendus sit, qui eorum dignitati convenit, eisque in choro, & in capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis primus locus esse debeat, & praecipua omnium rerum agenda auctoritas; mandamus id religiosè, ac perpetuè observari in omnibus actibus adeo juxta hujusmodi praeminentiam, & auctoritatem consentaneis, non obstantibus privilegiiis etiam ex fundacione competentibus, consuetudinibus etiam immemorabilibus, sententiis, juramentis, & concordias, quae suos tantum obligent auctores.

14. Praeterea, ut claustralis quoque disciplinae vigor illibatus permaneat, pontificiae nostrae sollicitudinis partes etiam duximus interponendas. Cum itaque experientia compertum fuerit quantum detrimenti illi afferant, ex quo plures ad religiosum habitum admittantur, quam vires reddituum patiantur: moderno, ac pro tempore esistenti Nostro, & Apostolicae Sedis in iisdem Hispaniarum regnis Nuntio per praesentes committimus, & mandamus, ut curet, & vigilantiam adhibeat, ne contra praescriptum memorati Concilii Tridentini in monasteria, conventus, & domos, tam virorum, quam mulierum, sive bona immobilia possideant, sive non possideant, major numerus recipiantur, quam qui, vel ex preventibus propriis ipsorum monasteriorum, conventuum, aut domorum, vel ex consuetis elemosynis, aliisve quibuscumque obventionibus, in commune tamen conferendis, commode possit sustentari.

15. Quoties verò regulares ad Ordines erunt promovendi, servetur omnino decretum Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum à pia memoria Clemente Papa VIII. Praedecessore etiam nostro confirmatum die 15. Martii 1596. quo sancitur non ad alium,

quam ad Episcopum diocesanum literas dimissorias pro eorumdem Ordinum susceptione à suis Superioribus esse dirigendas, præterquam in casu, quo diocesanus à diocesi abisset, vel ordinationes non esset habiturus; quo etiam casu in literis dimissoriis ad alium Episcopum dirigendis expressa fieri debeat mentio, vel de prædicta Episcopi diocessani absentia, vel de illa alia causa, videlicet, quod Ordinationes non sit habiturus: exceptis tamen quoad prædicta Regularibus illis, quibus per speciale privilegium à Sede Apostolica post Concilium Tridentinum fuerit concessum, ut à quolibet Catholico Antistite Ordines suscipere possint, super quo Indulto nihil per præsentem innovare intendimus. Noverint autem Episcopi se debere per semetipsos, secluso aegrotationis casu, Ordines conferre, & sacrorum Ordinum collationem statutis à jure temporibus, ac in cathedrali ecclesia, vocatis, & adstantibus Canonicis, publicè habendam esse; vel si in alio diocesis loco, semper tamen in ecclesia quantum fieri poterit digniori, & præsentem Clero ejusdem loci. Ne verò incertitudo, an ipsi ordinationes sint habituri, nimis grave afferat incommodum promovendis, varia diocesis loca inhabitantibus; per mensem autè singulis vicibus publico edicto ab iisdem Episcopi denuntietur, se ordinationes esse habituros, adeo ut quoties denunciatio hujusmodi facta non fuerit, inde satis intelligant Regulares, Episcopum diocesanum ordinationes ea vice minime esse habiturum, sibi que idcirco licitum futurum Ordines ab alio Episcopo suscipere cum literis dimissoriis suorum Superiorum ad eum directis, servata in iis forma superius expressa. (*Vid. verb. Ordo, art. 3. num. 55.*)

16 Episcopi in omnibus mulierum monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis verò exemptis auctoritate Sedis Apostolicæ inconcussè observari curent, quæ circa Sanctionum clausuram, vetitumque in dicta monasteria ingressum, tam in decretis Tridentinae Synodi, quam in constitutione similis memorie Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris Nostri edita Idibus Januarii anni millesimi quingentesimi septuagesimi quinti providè ordinata sunt.

17 Perpendentes etiam christianæ reipublicæ in primis expedire ut ministerium, ac potestas clavium in remittendis, retinendisque peccatis rectè exercentur; declaramus Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares, qui ab Episcopis obtinerint licentiam audiendi confessiones limitatam, vel quoad locum, vel quoad genus personarum, vel quoad tempus, non posse Pœnitentiæ sacramentum administrare extra tempus, vel locum, vel genus personarum ab ipsis Episcopis præscriptum, quocumque privilegio etiam in vim bullæ, quæ appellatur Cruciate Sanctæ, competente nullatenus suffragato. Cumque idem Innocentius Prædecessor per suas die decima nona Aprilis anni millesimi septingentesimi expeditas literas decreverit, Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus non licere confessiones eorum, à quibus ex Indulto prædictæ bullæ Cruciate ad id electi fuerint, audire, absque præcedenti approbatione Ordinarii illius loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Confessores eligunt, etiamsi ab Ordinariis aliorum locorum antea approbati fuissent; ac etiamsi pœnitentes Ordinarii illius, qui Confessores electos approbassent, subditi essent; necnon confessiones aliter factas, ac respectivè exceptas, nullas fore, irritas, & invalidas, & Confessores ipso jure suspensos esse: Nos eandem constitutionem approbantes; confirmantes, & innovantes declaramus insuper, prædictis Sacerdotibus tam Secularibus quam Regularibus ad confessiones excipiendas, vel ex vi prædictæ bullæ Cruciate, vel ex quocumque alio privilegio electis, suffragari minime etiam posse, quod approbati aliàs fuerint ab Episcopo illo, qui aliquando fuerit Ordinarius loci, in quo confessiones audiendæ sunt, sed talis tunc temporis amplius non existat, vel quia ab humanis excesserit, aut episcopatu renuntiaverit, vel quia ad aliam ecclesiam auctoritate apostolica translatus reperitur; sed necessariam omnino esse illius, qui actualiter, & pro tempore ordinariam Jurisdictionem in ea diocesi exerceat, approbationem. Hæc tamen suffragetur etiam

tacta, eaque adesse censeatur, quousque præcedens licentia, sive approbatio durer, & revocata ab eo non fuerit; in quo casu nova, & expressa impetranda erit, si illa præcedenter obtenta, vel per temporis adscripti lapsus expiraverit, vel per posteriorem revocationem sublata fuisset.

18 Meminerint quoque Regulares se excipere non posse confessiones Monialium, tametsi eorum regimini, & gubernio subiectæ sint, nisi ultra licentiam suorum Prælatorum Regularium præcedat examen coram Episcopo diocessano faciendum, ejusque specialis remota confessiones dictarum Monialium approbatio; quoad quocumque contraria consuetudine, etiam immemorabili.

19 Cumque ex eodem Concilio Tridentino Confessor extraordinarius bis, aut ter in anno offerri Monialibus debeat, qui omnium confessiones audiat; si imposterum Superiores Regulares quoad monasteria ipsis subjecta toties prædictum extraordinarium Confessorem deputare neglexerint, vel si etiam ex proprio eodem Ordine semper deputaverint, nec saltem semel in anno ad id minus elegerint Sacerdotem, aut Secularem, aut Regularem alicuius diversi Ordinis Professorem, in his casibus Episcopi pro suo arbitrio, & conscientia deputationem hujusmodi facere possint, nec illa quovis titulo, aut prætextu Superioribus Regularibus valeat impediri.

20 Episcopi insuper abusus omnes, qui in ecclesiis ad Secularibus, ad Regularibus, contra præscriptum cæremōnialis Episcoporum, & Ritualis Romani, vel rubricæ missalis, & breviarii irreperit, studeant omnino removere. Et si adversus ea, quæ in dicto cæremōniali statuta sunt, consuetudinem etiam immemorabilem allegari contingar; postquam recognoverint, ut eam non satis probari, aut etiam probatam suffragari, ut pote irrationabilem, de jure non posse; executioni eorum, quæ in dicto cæremōniali constituta sunt diligent incumbant, nec ulla suspensiva appellatio admittatur.

21 Sedulo pariter curent iidem Episcopi, ut eliminentur abusus, si qui forsitan, tam quoad Ecclesiasticos Seculares, quam quoad Regulares induci fuerint adversus Concilii Tridentini decretum de observandis, & evitandis in celebratione missarum sess. 22. & contra Regulares, si opus fuerit, procedant ex apostolica delegatione in eo decreto ipsis indulta, postposita quocumque appellatione suspensiva, sed solum reservata in devoluto super quacumque dubio, quod excitari contingeret, declaratione Congregationis pro tempore existentium S. R. E. Cardinalium memorati Concilii Interpretum.

22 Cumque circa missarum celebrationem in privati oratorii, necnon circa usum altaris gestatorii, à recel. mem. Clemente Papa XI. Prædecessore etiam nostro opportunum decretum promulgatum fuerit die 15. Decembris anni 1703. Episcopi dent operam, ut omnia ibidem Statuta etiam in regnis Hispaniarum serventur, idemque decretum in suis respectivè diocesis, ut facilius omnibus innoscatur, publicari faciant, addita etiam prohibitione, ne in privati Regularium cellis, sive cubiculis erigatur altare pro re sacra ibidem faciendâ, & contra quocumque contravenientes censuris etiam ecclesiasticis procedant; adhibita quoad Regulares auctoritate Sedis Apostolicæ in memorato decreto ipsis delegata, remotaque quocumque contraria consuetudine, etiam immemorabili. Declaramus tamen, quod cum in prædicto decreto statuatur, non licere Episcopis extra domum propriæ habitacionis in domibus laicis erigere altare, ibique sacrosanctum missæ sacrificium celebrare, sive celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de domibus etiam laicis; in quibus ipsi Episcopi fortè occasione visitacionis, vel itineris hospitio excipiuntur, ut nec etiam quando Episcopi in casibus à Jure permisis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia absentes à domo propriæ ordinariæ habitacionis, moram idcirco faciant in aliena domo per modum similis habitacionis; his enim casibus licita sit erectio altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non secus, ac in domo propriæ ordinariæ habitacionis.

23 Præcipimus quoque accuratè attendi, & adimple-

pleri quæcumque alia præscribuntur in ejusdem Generalis Synodi sess. 25. de Regularibus, & Monialibus. Cumque in cap. 25. amplissime derogetur omnibus contrariis privilegiis sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac mare magnum appellatis, etiam in fundacione obtentis, nec non constitutionibus, & regulis etiam juratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus etiam immemorabilibus; scientes omnes derogationem hujusmodi non ad ea tantum referri, quæ in prædicto capite continentur, sed etiam ad alia, quæ in singulis superioribus capitibus ejusdem sessionis constituta sunt.

24 Ad hæc, ut recta in Judiciis ratio servetur, præcipimus, quod ubi in causis criminalibus Ordinarii locorum in regnis Hispaniarum processerint ex officio, hoc est non ad ullius querelam, sive accusationem, si ab eorumdem Ordinariis sententis appellatio, vel ad Sedis Apostolicæ Nuntium, vel ad Metropolitanos interposita fuerit; tunc (nec alioquin, si nullus Actoris partes gerat, delinquentes poenam suis criminibus debitam effugiant) Procuratores Fiscales Tribunalis Nuntiariæ Apostolicæ, & respectivè etiam Curie Metropolitanæ, instantes, aliosque actus desuper necesarios peragant, & prosequantur, ut prædictæ Ordinariis sententiæ justam confirmationem, & executionem obtineant. Quod si dictis Procuratoribus Fiscalibus non citatis, & inauditis, contrariis sententiis in gradu appellationis proferri contingerit, istæ prorsus nullæ sint, ac irritæ cum omnibus actis gestis, nullumque sortiri debeant effectum: quin immo præcedentes Ordinariis sententiæ executioni mandentur, perinde ac si appellatio ab eis interposita nullatenus fuisset.

25 Ceterum cum generaliter curie appellationes, & inhibitiones satis provisum fuerit per constitutionem pie mem. Innocentii Papæ IV. Prædecessoris etiam Nostri in Cap. Romana, ac etiam per decreta Concilii Tridentini, itaque alia edita die 16. Octobris 1600. à Congregatione negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita, & à præfato Clemente VIII. Prædecessore confirmata, ac denique etiam alia promulgata tempore Pontificatus similis mem. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris ipsi Nostri, die videlicet 5. Septembris 1626. volumus, & mandamus, quod quicquid in omnibus memoratis constitutionibus, & decretis statutis, diligentissimè per omnes iis comprehensos observetur in causis ad curias ecclesiasticas pertinentibus in regnis Hispaniarum; quacumque consuetudine etiam immemorabili, vel in quovis privilegio, aut stylo concedendi etiam quasdam Inhibitiones nuncupatas temporarias penitus excluso.

26 Quo verò ad Judices Conservatores, & modum, ac facultatem procedendi in causis civilibus, quæ ad eorum cognitionem pertinere possint, inviolatè custodienda erit norma præscripta in constitutionibus fel. rec. Innocentii IV. Alexandri IV. Bonifacii VIII. Gregorii XV. illorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum hæc de re editis, necnon in decretis Concilii Tridentini, sub pœnis ibidem contentis, quas præsentem nostra constitutione innovamus, & confirmamus; hoc etiam addito, ut iidem Judices Conservatores, & mandato suorum Executorum exhibere debeant Episcopis, aliisque locorum Ordinariis literas suæ deputationis, quorum vigore procedere intendant.

27 Enixè denique, & ex intimo paterni cordis Nostri sensu omnes à religiosissima hispanica natione monemus, ut memores sint teneri se exactè, firmiter, & cum effectu observare etiam omnia, & singula in ceteris omnibus ejusdem Tridentini Concilii decretis scripta. Et ne eorum executio posthac ullo modo impediatur, aut retardetur, decernimus, ac declaramus nullum pro impedimento, aut suspendenda executione Conciliarium sanctionem ejusmodi, aut decretorum, quæ ab Ordinariis edita fuerint pro executione pariter eorum, quæ in ipso Concilio statuta sunt, suffragari posse, ac debere contrarium privilegium, quod ante prædicti Concilii promulgationem à Sede Apostolica obtentum fuerit, nisi etiam post ipsam Concilium fuerit in forma specifica ab eadem Apostolica Sede confirmatum, vel noviter concessum;

itemque obstare non posse ullum Statutum, vel Concordiam, quæ à prædicta Apostolica Sede specialiter confirmata non sit, neque quocumque longævum non usum, aut contrariam consuetudinem, vel præscriptionem etiam centenariam, vel immemorabilem, nisi forsitan præfata consuetudinem, aut præscriptionem materia capax sit, & insuper consuetudo, aut præscriptio immemorabilis probata jam sit, & admittatur à comperenti Judice per tres sententias conformes, vel per unam, quæ in judicatum transierit, nec demum quocumque appellationem, sive inhibitionem etiam temporariam, reservato dumtaxat recurso in devoluto ad memoratam Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum; quibus etiam tamquam Exequutoribus presentium nostrarum literarum, non solum committimus, & mandamus, ut eas, ipsarumque decreta, & ordinationes omnes perpetuo, & inviolabiliter observari faciant cum eadem potestate, quæ iisdem Cardinalibus à Sede Apostolica tributa est pro executione decretorum memorati Concilii, sed etiam privativè facultatem imperitur, quancumque opus fuerit, interpretandi, explicandi, ac declarandi eandem nostram constitutionem, omnesque, & singulas ordinationes in ea contentas (exceptis his, quæ ad cæremōniale Episcoporum, Rituale Romanum, & Rubricæ missalis, & breviarii emerserint) quatenus illis dubietas aliqua, aut difficultas emerisit non retardata tamen interim illarum executione, adeo ut ante hujusmodi executionem nec ullus recursus ad eandem Congregationem Cardinalium, nec ulla super quovis dubio consultatio promoveri possit. Decretis verò, & declarationibus à prædicta Congregatione faciendis, postquam nostra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis approbatio accesserit; statim quæcumque reclamatio, aut consultatio omnino cessare, perpetuumque silentium desuper impositum censi debet.

28 Decernentes pariter easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter, & inconcussè observari debere; sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis præfate Nuntios, aliosque quoslibet quocumque præminentiam, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

29 Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quasi non tollendo, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quorumque Ordinum, Congregationum, Institutorum, & Societarum, etiam Jesu, & quorumvis monasteriorum, conventuum, ecclesiarum, locorum piorum, aliisque quibusvis etiam Jurejuramento, confirmatione apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus quantumcumque longissimis, & immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, ordinibus, congregationibus, institutis, & societatibus, etiam Jesu, ac monasteriis, conventibus, ecclesiis, & locis piis prædictis, illorumque respectivè Superioribus, aliisque quibuslibet personis etiam specialissima mentione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine in genere, vel in specie, seu aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, & etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clau-

sulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem presentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

30. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Maii 1723. Pontificatus Nostri anno II. F. Card. Oliverius.

DECRETA.

Quæ innovantur in antecedentibus apostolicis literis Sanctissimi D. Nostri Innocentii Papæ XIII. nec sunt impressa in bullario Romano.

DECRETUM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Circa Ordines à Regularibus suscipiendos.

DE mandato Sanctissimi Domini nostri Clementis divina providentia Papæ VIII. &c. (Vid. verb. Ordo art. 3. num. 54. Ubi hoc decretum reperitur; subsequenterque fit mentio num. 55. hoc decretum fuisse confirmatum dicti. constit. Apostolici ministerii: quæ quidem confirmationem obtinuit per D. Benedictum XIII. const. incip. In supremo: nono Kalendas Octob. ann. 1724.)

BULLA INNOCENTII XII.

Circa confessiones.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut non sine animi nostri dolore ex nonnullorum v. Fratrum Episcoporum regni Portugallie, & aliorum timorata conscientia virorum delatis ad nos querelis accepimus, in regno præfata revixerit, ac in dies magis invalescat opinio per quasdam felic. record. Paul. V. Urbani VIII. & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum constitutiones, nec non plura Congregationum tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ac respectivè negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum decreta dudum damnata, & reprobata, qua innoxie plerique illarum partium privilegia, & Indulta per literas apostolicas pro Cruciate sancta emanatas, seu ut vocant, bullam Cruciate concessa, ita intelligenda esse existimant, ut facultas in literis, seu bulla hujusmodi Christifidelibus attributa consistendi peccata sua cuilibet confessario, per quemcumque Ordinarium ad confessiones audiendas approbato, locum habeat, & habere censeatur, etiam si non fuerit Ordinarius loci in quo confessiones præfatas excipi contigerit; hinc est, quod nos ex debito pastoralis officii, quod humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longè impari, commisit divina dignatio, animarum periculis in re tanti momenti, qualis est Sacramentalis Confessio, quantum nobis ex alto conceditur, paternæ charitate occurrere cupientes, nec non constitutionibus, & decretis supradictis inherentes, de Ven. Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, primum quidem supradictis negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, subinde verò etiam aliorum in tota republica christiana contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, & Sedis apostolicæ specialiter deputatorum, qui opinionem

præfate Nuntios, ac memoratæ Cruciate Sanctæ Commissarios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functionos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac arctum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis, & in universalibus, provincialibusque, & synodalibus conciliis edictis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon quorumvis ordinum, congregationum, societatum, & insitutorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate auctoritate statutis, & consuetudinibus, privilegiisque, quæ, indultis, & literis apostolicis, eisdem ordinibus, congregationibus, societatibus, & institutis, illorumque Superioribus, & Personis, ac aliis quibusvis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine paribus, seu ad quarumcumque personarum, etiam quavis ecclesiastica, vel mundana dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplationem, seu alias quomodolibet in genere, vel in specie, etiam consistorialiter concessis; ac pluries, & quantiscumque vicibus, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum ut eadem præsentis literæ omnibus facilius innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare; volumus, & apostolica auctoritate decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie generalis in Monte Citorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur, ita ut sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificata, & intimata fuissent: utque ipsarum presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud ubique forent exhibite, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die XIX. Aprilis M. DCC. Pontificatus nostri anno nono. I. F. Cardinalis Albanus.

DECRETUM CLEMENTIS XI.

Circa celebrationem in oratorii privati emanatum 15. Decembris 1703.

NONnulli Episcopi, & complures Regulares sub prætextu privilegiorum, ea sibi licere putant, quæ prohibita sunt; siquidem Episcopi etiam in aliena diocesi extra domum propriæ habitationis in privatis laicorum domibus erigi faciunt altare, ibique per unum, aut plures à suis Capellanis vivificam Christi hostiam immolari; Regulares verò in quibusdam magnatum, seu aliarum nobilium personarum privatis oratoris, quæ certis quandoque ex causis à Sede Apostolica concedi solent, celebrare audent, vel plures missas, quam in illis sit indultum, vel absque presentia personarum qua-

rum contemplatione gratuita concessio emanavit, vel extra debitas horas, & post meridiem, vel illis etiam diebus, quibus per constitutiones diocesanas, aut etiam decreta S. Congregationis Concilii celebrari prohibentur, aut quæ in ipsis indultis apostolicis excipiuntur, quominus in illis celebrari possint, aut etiam Altari portatili uti non verentur in sanclarum sanctionum contentum, ac S. Sacrificii irreverentiam. Quamobrem ad abusum hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem tremendo mysterio debitam, Sanctissimus Dominus Noster ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, inhærendo declarationibus aliis hac de re editis, expressè declarat: Episcopis, & his majoribus Prælatibus, etiam Cardinalibus dignitate fulgentibus, neque sub prætextu privilegii clausi in corpore Juris, neque alio quoquo titulo nullo modo licere extra domum propriæ habitationis in domibus laicis, etiam in propria diocesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiam si diocesani consensus adhiberetur, erigere altare, ibique sacrosanctum missæ sacrificium celebrare, sive celebrari facere. Ac pari modo in oratoris privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licere regularibus cujusvis ordinis, aut instituti, seu congregationis, etiam societatis Jesu, aut etiam cujuscumque ordinis militaris, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiam si essent Episcopi, in illis celebrare in diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Christi Domini, aliisque anni festis solemnioribus, ac diebus in indulto exceptis: in reliquis verò diebus prædictis regularibus, & Sacerdotibus quibuscumque, etiam Episcopis, in præfatis oratoris celebrari non licere, ubi etiam unica missa, quæ in Indulto conceditur, fuerit celebrata; super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optimè informare; atque illa etiam in casibus præmissis celebrari nequeant post meridiem, demandando ulterius, & declarando, in omnibus hujusmodi casibus personas quascumque dictas missas audientes, nullatenus præcepto ecclesiæ satisfacere. Quo verò ad altare portatile, iterum inhærendo declarationibus supradictis, censuit licentias, seu privilegia concessa nonnullis Regularibus in cap. in his de priv. per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, utendo dicto altari portatili, in eoque celebrandi absque Ordinariorum licentia in locis, in quibus degunt, omnino revocata esse per idem Concilium (Tridentinum) atque idcirco eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac mandandum, prout præsentis tenore mandata Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ut contra quoscumque contravenientes quamvis Regulares, procedant etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati ad penas præscriptas per idem Sac. Concilium in dicto decreto sess. 22. cap. unico usque ad censuras lata sententia, tributa etiam iisdem facultate per hoc decretum, ita procedendi perinde ac si per Sanctam Sedem specialiter concessa fuisset: & ita Sanctitas sua declarat, & servari mandat, &c. (Idem decretum legitur, verb. Oratorium, quamvis in verbis detur aliqua distinctio, num. 5.)

DECRETUM CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Circa appellationes, & inhibitiones.

AD tollendas ambiguitates, & controversias Jurisdictionales &c. (Vid. idem decretum de verbo ad verbum liter. A pag. 167. num. 20. col. 1. Conducit lit. R pag. 16. col. 2. vers. Præterea:)

DECRETUM URBANI PAPÆ VIII.

Circa eandem materiam appellationum, & inhibitionum.

DECLARATIO Sacræ Congregationis Cardinalium, & Prælatorum à san. mem. Urbano VIII. aliis deputatæ, & à Sanctissimo D. N. Innocentio X. renovatæ super appellationibus, & inhibitionibus tribunalis Auditoris Cameræ aliorum tribunalium Curie Romanæ, in præjudicium Nuntiorum, Episcoporum, ac Superiorum Re-

gularium, tenoris infrascripti, videlicet. Dubitatum fuit, an in tribunali Auditoris Camera Romanae possint concedi monitiones, seu Monitoria cum absoluteione etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatis per Episcopos, & alios Ordinarios ex causa violatæ jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis ecclesiasticæ appellantis, vel aliâs recurrentibus ad supradicta tribunalia. Secundò, an in causis, quæ agitantur in supradictis tribunalibus Curiae Romanae, possit recursus haberi ad Sac. Congregationem super immunitate, & contròversis jurisdictionibus pro resolutione, vel declaratione an sit, vel non sit commissæ violatæ jurisdictionis immunitatis, vel libertatis ecclesiasticæ, & an sit locus reintegrati hujusmodi violationis, & interim debeant dicta tribunalia supersedere usque ad resolutionem, seu declarationem ejusdem Sac. Congregationis, illamque sequi, & exequi. Die 4. & 11. Augusti 1626. Dubiis supradictis cum interventu omnium Illustrissimorum DD. Cardinalium, & Reverendissimorum Prælatorum deputatorum maturè discussis, ac rationibus hinc inde deductis diligenter ponderatis, unanimi consensu censuit, quoad primum, tribunal Auditoris Camerae, necnon alia tribunalia supradicta non posse hujusmodi absoluteiones concedere etiam cum reincidentia, vel ad cautelam. Quo verò ad secundum, ut supra, recurrere, & interim supradicta tribunalia expectare debere resolutionem, seu declarationem, & illam omnino sequi, & exequi. Quibus quidem decretis eidem Sanctissimo die 5. Septembris ejusdem anni 1626. plenè relatis unà cum rationibus, & auctoritatibus, seu Sanctissimæ approbavit, & confirmavit, illaque omnia exequi jussit; & ad hunc effectum notificata fuerunt. Et subinde, cum de supradictis dubiis iterum actum esset in Congregatione habita die 27. Aprilis 1650. nemine dissentiente resolutum fuit, Auditorem Cameræ debere decreta, ut supra, edita omnino observare, ac precipere, ut à suis Ministris, & Officialibus exactè observentur. (Vid. in add. hispan. verb. Appellatio.)

EXPONUNTUR FUNDAMENTA.

In quibus decreta omnia bullæ Apostolice Monasterii à SS. D. N. Innocentio XIII. super disciplina ecclesiastica in regnis Hispaniarum expedite, & à majestate Regis Nostri Catholici efflagitate, nituntur.

Primum decretum quod de assumendis ad primam tonsuram agit, desumptum est quoad substantiam ex Concilio Tridentino sess. 23. de Reform. cap. 9. In illis verbis: *Prima tonsura non initietur: de quibus probabilis conjectura non sit eos, non secularis iudicii fugiendi fraudes, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hinc vitæ genus elegisse, & ejus declaratio ex Concilio Provinciali Toletano (1) ubi actioe 3. §. 2. hoc fuit statutum. Episcopi non alios ad primam tonsuram admittant, quam eos quibus statim beneficium aliquod ecclesiasticum sit conferendum, aut quos constituit eo studio literis operam da-*

(1) Concilium Provinciale Toletanum celebratum ann. 1565. extat in tom. 4. Conciliorum Cardinal. Aguirre, pag. 47.

(2) Cap. Super inordinata de prebend. & dignitat. ubi Gregor. IX. ait:

Cum illi sint in ecclesiis idonei reputandi, qui servare possunt, & valeant in ipsis, consultationi ræ respondemus, quod pueri, qui non possunt in eadem ecclesia deservire, in ea non debent idonei reputari. Ubi verb. Pueri: Sed quos dicimus pueros? usque ad 14. annum dicitur quis puer. Et Concil. Mexicanum à S. Sc. de approbatione, celebratum ann. 1585. quod extat apud eundem Card. Aguirre, tom. 4. pag. 302. lib. 1. tit. 4. §. 2. Illi vero ante quatuordecimum annum poterunt prima tonsura initiari, qui in cathedrali ecclesia clericali toga, & superpelliceo induti, per duos saltem annos divino cultui inservierint, si prius eorum parentes, vel tutores propositum sibi esse juraverint in ecclesiæ ministerio conservandi.

re & in via ad majores ordines suscipiendos (juxta decretum Tridentini formam) versari videantur, vel quos viderint expedire, ministerio alius ecclesiæ deputari. Quæ verba ad literam in decreto continentur, & videri possunt quæ ad marginem adnotantur. (2)

Secundum in quo agit de assignatione Clericorum suis ecclesiis, totum est ad literam desumptum ex cap. 16. sess. 23. de Reform. (3) quomobrem nihil aliud propositum róbore addendum venit, sed solummodo animadverendum, secundam partem decreti, in qua præscribitur, ut ex jam prima tonsura initiatis vel in minoribus constitutis, qui beneficium non habent, illi tantummodo suis ecclesiis assignentur, qui ab Episcopo utiles, vel necessarii suis ecclesiis censeantur, additam fuisse ob magnam tonsuratorum copiam, obque præjudicium vitæ, quod regno, & populus eveniret, si omnes tonsurati, vel in minoribus constituti, qui beneficium non habent, suis ecclesiis assignarentur, totque exempti à tributis sine necessitate multiplicarentur. Nam cum ex præscripto Sancti Concilii sess. 23. cap. 16. Nullus debeat ordinari, qui utilis, aut necessarius suis ecclesiis non sit, assignatio ab eo præscripta non aliis dari debet nisi illis, qui necessarii vel utiles existuntur.

Tertium quod agit de seminariis episcopalibus, est omnino conformè dispositioni Concilii Tridentini sess. 23. cap. 18. de Reform. in illis verbis: *Religiose educare, & in ecclesiasticis disciplinis instruere teneantur. Et infra: Ut vero in eadem disciplina ecclesiastica commodius instituantur, tonsura statim aq̄ue habitus clericali semper utentur. Grammaticos, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discant, sacram scripturam, libros ecclesiasticos, bonitatis Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum maxime que ad confessiones audiendas videlicet opportuna, Rituum ac Cereemoniarum formas ediscant. Et infra: Cathedrali, & aliis loci ecclesiæ diebus festis interviant. Quod majori cum servicio ecclesiarum aliis diebus, quam præscriptis ab ipsomet Concilio adipisci non valere experientia magistra pro comperto habere debemus.*

Et illud quod cavetur de eidem seminariis Concilii, quæ dotata cum onere majoris servitii sint, eo fuit appositum, ut si aliquod ex is seminariis conciliaribus inveniat cum hac majori obligatione gravatum ob aliquam particularem dotacionem, in hoc non innovetur, reservato recurso, & consultatione ad Sanctam Sedem.

Quartum decretum, quod agit de assumendis ad sacros Ordines ad presbyteratum usque, in omni ejus dispositione conformatur decretis Sancti Concilii Tridentini. Nam prima pars, quæ agit de assumendis ad majores diaconatus, & subdiaconatus Ordines, fundatur in cap. 13. sess. 23. de Reform. ubi Sanctum Concilium statuit, quod instructi literis sint, ibi: *Subdiaconi, & Diaconi habentes bonum testimonium in minoribus Ordinibus jam probati ac literis, & ita, que ad Ordinem exercendum pertinent, instructi, &c. Ex eadem sess. c. 21. Ita de gradu in gradum accendant, ut in eis cum eate*

Quod decretum, quod utramque partem magni habent, maximeque ponderant Natalis Alexander in sua theologia dogmatica, tom. 9. lib. 2. cap. 2. art. 5. regul. 25. Et Thomassinus de nova, & vera disciplina, tom. 2. lib. 1. cap. 26. sub num. 6. de Sacram. Ordinibus, & tom. 1. lib. 2. cap. 70. num. 8.

Et videri potest Card. de Luca, qui majora petit, ut initiari valeant, in miscellanæ ecclesiasticæ disc. 1. numer. 125. §. 126.

(3) Concil. Trident. sess. 23. de Reform. cap. 16. Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis ecclesiis, Sancta Synodus, vestigiis sexti canonis Concilii Chalcedonensis inherendo, statuit, ut nulli impostum Ordine dicitur, qui illi ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non adscribat, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vageret sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicitur.

vite meritum, & doctrina major accrescat. Et infra: *Nemo sic initietur, quem non scientia ipse majoribus Ordinibus dignum ostendat.*

Secunda quæ de presbyteris agit, fundatur in c. 14. ejusdem sess. in quo statuitur, quod ita instructi sint, ut ad populum docendam ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur. Pro quo videri possunt, quæ ad oram notata veniunt (1).

Quintum decretum, duo præscribit, quorum unum est, ut qui ordinari præterit titulo beneficii, quod in alia dioecesi habet ab ea, in qua permanenter vivit, & ad quam reversurus est, examinari in scientia ab eodem Episcopo debeat, ad quem tanquam proprius subditus deventurus est. Alterum, quod congrua deputari minime debeat juxta synodalem taxam illius dioecesis, in qua beneficium possidet, & habitaturus non est, sed juxta taxam dioecesis, in qua vivere debeat. Quoad primam partem hoc decretum fundatur in cap. 3. sess. 23. de Reform. in quo statuitur. *Episcopi per semetipos ordines conferant, quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam jam probatos, & examinatos ad alios Episcopos ordinandos dimittant. Quæ dispositio in presentem decreto ob identitatem rationis extenditur ad causas, de quo in eo agitur, ad vitandum ne quis scientia inhabilis ordinetur ut multoties accidere solet, nec Episcopus suffere Clericum idiotam cogatur. De quo videri potest P. Sua. de leg. lib. 6. cap. 2. num. 2. & 6. Secunda pars similiter fundatur in cap. 2. sess. 21. de Reform. in quo statuitur. *Cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripsi sunt,**

(1) Malactia cap. 2. Labia Sacerdotis custodiant scientiam. Osee cap. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te. Concil. Generale Lateranen. 4. Canon. 7. Districte præcipimus, ut Episcopi promovendos in Sacros Ordines diligenter instruant, & informet, vel per se ipsos, vel per alios viros idoneos super divinis officis, & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea valeant ritè celebrare, quoniam si ignaros, & rudes de cetero ordinare presumserint (quod quidem facile poterit deprehendi, & ordinatos, & ordinatos pari decernimus subjacere ultioni; satius enim est maxime in ordinatione Sacerdotum paucos bonos, quam multos malos habere ministros: quos si cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam dilabentur. Cap. Quando, 25. dist. Quando Episcopus ordinationes facere disponit, ordinandorum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si sint bene literati, si instructi in lege Domini, diligenter investigent; ante omnia si fidem catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Cap. Cum in cunctis de electione. Cap. Illiteratos, 36. dist. Cap. Ignorantia, & cap. Si in laicis, & cap. Nulli Sacerdotum, 38. dist. Concil. Tolet. VIII. Canon. 8.

D. Thom. 2. 2. quest. 16. art. 2. in respons. ad 3. Dicendum, quod scientia legis est tam annexa officio Sacerdotis, ut simul cum inunctione officii intelligatur, etiam & scientia legis inunctione. Et videri potest in Supplement. ad 3. part. quest. 36. art. 2. & 4. per totum, & in 4. dist. 24. quest. 1. art. 3. quest. 2. ad 1. Et videntur etiam sunt D. Isidorus lib. 2. de Offic. cap. 7. & lib. 3. Sententiar. cap. 55. D. Hieron. ad cap. 2. Malactia. D. Laur. Justin. de Compuncti cordis. D. Greg. Magn. part. 2. Pastoralis, cap. 4. D. Bern. Ad illa verba, ecce nos reliquimus omnia. D. Greg. Nazianz. oration. 1. de Offic. Sacerd. Et multa ex Conciliis, & celebrantibus Episcopis apud Thomasin. de Veteri, & nova disciplina, tom. 2. lib. 1. cap. 9. & apud Natalem Alexandrum, tom. 2. Ferrar. Bibliothecæ. Tom. IV.

cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem questum exercere, statuit S. Synodus nequis deinceps Clericus ad Sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad vicium honestè sufficiat, pacifice possidere. Nam cum finis S. Concilii sit, ne Clerici ad sacros ordines promoti mendicare cogantur, & accidere valeat, quod in dioecesi, in qua beneficium situm est, quinqueaginta tantum ducati pro congrua exigantur, cum tamen in ea, in qua residentiam perpetuam habet, & habiturus est, centum per synodalem taxam petantur, quo casu mendicare cogentur; ex eo ita declaratum venit, ut hac via similibus inconvenientibus occurratur.

Sextum tres partes continet, quarum prima agit de privatione fori ipso facto, non servatis circumstantiis in decreto expressis. Secunda de privatione omnium privilegiorum clericalium in casu ibi expresso. Tertia de privatione beneficiorum si criminosi sint, servata tamen in procedendo forma à sacris canonibus præscripta. Quoad primam partem fundatur in c. 6. sess. 23. de Reform. (2) & in variis declarationibus Sacrarum Congregationum Concilii, & Immunitatis, in quibus declaratum est privationem venire ipso facto intelligendam. Secunda pars fundatur in ipso cap. in illis verbis, quasi in via ad majores ordines suscipiendos, & variis etiam declarationibus super hoc emanatis. Tertia fundatur in dispositionibus Sacri Concilii Tridentini, & sacrorum canonum, quæ ad marginem veniunt adnotata, in quibus hæc pena imponitur (3).

Septimum, quod agit de assistentia Clericorum divinis officiis, fundatur in dispositione cap. 16. sess. 23.

theologia dogmatica, lib. 2. de Sacramento Ordinis, art. 4. regul. 22. Et V. Bellarminus in monitione ad tuum nepotem. Abbelli in medulla theologiae sect. 4. de Ordine, num. 4. Contenson. in sua theologia mentis, & cordis, tom. 2. lib. 1. part. 4. dissert. 2. part. 2. speculat. 3. Et tandem apud D. Valentium Lamperez in bullam speculatores, ad illa verba in fidei scientia, & Urriguotii de ecclesia cathedrali, cap. 28. num. 619. (2) Concil. Trident. sess. 23. de Reform. cap. 6. Is autem fori privilegio non gaudet, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur. (3) Concilium Tridentinum, sess. 25. de Reform. cap. 14. Concil. Nicen. Canon. 17. Cap. A crapula de vita, & honestate Clericorum. Cap. In audientiam de revent. excommunicatiõnis. Cap. Nulla, 93. dist. & ibi Glossa. Cap. Inter dilectos, de excessibus Prælatorum. Concil. Trident. sess. 21. de Reform. cap. 6. Cap. Ex litteris de vita, & honestate Clericorum. Cap. Si quis oblitus, 14. quest. 4. Cap. His igitur, 23. dist. Concil. Trident. sess. 14. de Reform. cap. 1. ubi omnia renouantur, ibi: Statuit Sancta Synodus, ut quæ aliàs à Summis Pontificibus, & Sacris Conciliis, de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinæque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aliis luxibus, ac quibuscumque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis copiose ac salubriter sancita fuerunt, eadem impostum iterum hinc pœnis, vel majoribus arbitrio ordinari imponendis, observentur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abisse compererint, ea quam primum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglecta emendationis ipsi condignas, Deo vindice, penas persolvant.